

Postq̃ per terras Caesar iactatus & undas,
 Elifias duxit uictor adire domos,
 Vndiq; Germanis fuus in te pascitur ardor,
 Ingeminant sancti, talia uerba, patres,
 Digna Deo soboles, & spes amplissima gentis
 Auftriaci, merito Romula sceptrum feret.
 Hic pius & iustus, fama; polump; solump;
 Implet, & æterno fædere iura dabit.
 Huic titulus Augusta nouis clementia surget,
 Et uirtus magno nomine maior erit.
 Imperii rebus mentem supponet agendis,
 Hostibus imponet ferrea frena suis.
 Magnanimus iuuenis nostras turabitur urbes,
 Adhuc regno, plurima regna, suo.
 Nos reddas nobis, nos post tua signa sequemur,
 Quos patrias laudes restituisse iuuat.

Sequitur alibi.
 Casareo dignus quondam Rudolphus honore,

Habsburgi proles Romula sceptrum tulit.
 Et tenuit, regnumq; hæres sociavit in unum,
 Hapsburgumq; uetus, pannoniamp; domum,
 Arx fuit Hapsburgū generis quodā inclyta magni
 Gloria, Romanæ posteritatis opus.
 Hanc auus (ut perhibent) pretio mercatus & auro,
 Illius hic posuit, constituitq; nouam.
 Scilicet Aufonia gemini de gente profecti,
 Huius olim fratres applicuere locis.
 Constituerant, capto fauceat Deus, auguror, inquit
 Alter, & auf picin sint rata signa mei.
 Protinus accipitrem, tenues dimittit in auras,
 Ardua conuexis sydera lambit auis,
 Iamq; per immensum spaciata uolubilis orbem
 Decidit, & certo prona locatur agro.
 Signa capit senior, dextrum sit in omine pondus
 Dixit, & arx isto constituere loco.
 Nomen auis retinet locus, Hapsburgūq; uocatur,
 Quod uerbi dempto fine sonabat Habich.

Principio ex illo tua gens descendit, & æquo
 Numine per magnas prospera creuit opes.
 Creuit, & immensi cepit fastigia regni.
 Vsq; adeo ut possit crescere nemo magis.
 Ex hoc, si numeres, surgebat stirpe Philippus
 Inclytus Hesperiae rexq; parensq; tuus.
 Retro hunc, si relegas, aderit tibi Caesar uterq;
 Fridrichus proauus, Maximilianus auus.
 Fridrichus coniunx olim Hesperiae Leonora,
 Notus apud terras, notus apudq; Deos.
 Laudibus æternis compositus Maximilianus,
 Cuius inextinctum sydera nomen habent.
 Herneftum inuenies atauum, si longius ibis,
 Quinq; tenes superas, o Leopoldo, domos:
 Perge, tibi Auftriacus latio diademate clarus,
 Tertius Albertus Caesar aitutus erit.
 Prætereo Herodas multos Comitesq; Ducesq;
 Quos laude æterna fama perennis agit.



